

J.K.31.39.

1679

X 2044 A 68

Y  
e  
5229

Q. D. B. V.

AD

LUDOS PUERILES

b. c.

AD ACTUM SCENICUM

DE

WENCESLAO

JUNIORE

A ZITTAVIENSIBUS

OLIM

EDUCATO;

QUEM

IN HONOREM AC VENERATIONEM

NOVI CONSULIS

AD. D. XXII. AUG. MDC LXXIX.

HORIS POMERIDIANIS,

IN MAJORI AUDITORIO,

EXHIBEBUNT

MELIORVM PARENTVM FILIIS;  
DECENTER INVITAT

CHRISTIANUS Weise/  
GYMN. RECT.



ZITTAVIAE,

TYPIS MICHAELIS HARTMANNI.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE (SAALE)




Onsuetudo multis abhinc annis recepta, quasi in legem abiit, ut quoties in Curia NOVUS CONSUL locum solet occupare, toties Gymnasi<sup>i</sup> juventus peculiarem Actum exhibeat, simulq; nuncupandorum votorum meliorem captet occasionem. Neq; superiore anno defuimus officio sanè laudabili, cum de Litera Z aliqua disputationeretur, unde futurum Nobiliss. Dn. MÖLLERI Regimen videtur insigne felicitatis omen indipisci. Nunc de novo Exercitii argumento diu cogitandum non fuit, postquam nuper in Festo, ut vocant, Gregoriano Zittaviensis nostræ Reip. ortus & incrementa sic fuerunt producta, ut multi optare inciperent, vellent aliquando Personæ solis Inscriptionibus loquaces, clariorem in theatro vocem emittere, adeoq; historiæ satis obscuræ lucem fœnerari ulteriorem. Proinde, quod Deus faustum esse jubeat, redire voluit WENCESLAUS Junior, cuius imaginem ideo ad Templum prope Turrim expressisse creditur antiquitas, ut significaret, teneram ejus ætatem inter nostros Zittaviæ five Pannifices five Incolas fuisse ab impiis malevolorum fraudibus aliquantis per defensam. Licet enim de hoc latibulo parum aut nihil reliquerint scriptores Bohemiæ: nemini tamen ignotum est, Historicos majoribus intentos, ad obscuriora ejusmodi calamum non deflectere: quinetiam habere quodlibet oppidum suas traditiones, haud omnino vanas, quo certius è Majorum manibus acceptas tueri easdem conservaverunt successores. Ne autem omnino abesset novitatis commendatio, placuit inferiorum Ordinum discipulos Latinè loquentes introducere, qui Historiam inventioni Poëticæ involutam, stylo, non ligato & Terentiano, cuius quidem hodie exigua fuerit vel svavitas, vel utilitas; sed soluto & in Dialogis eruditissimorum virorum, Platonis, Ciceronis, ac inter recentiores Erasmi, Lipsii, Puteani aliorumq; recepto. Cæterum ut Cæsar Augustus olim ludos scenicos saepe edidit, majorum minorumve puerorum delectu, ut videlicet, quam rationem addit Svetonius, cap 43. claræ indolis stirps innoticeret: ita Spes affulget jucundissima, fore ut Nobiliss. Dn. GIRISIUS simili exercitio apprime delectetur: cum non modo Consulis, Prætoris, Senatorumq; Filios hic videat procedere, sed svavissimum quoq; è lectissima Sorore Nepotulum, in ipsis Studiorum Primitiis constitutum ominoso Fidelis Nomine notabilem conspiciat. Quod reliquum est, cum de publico Favore, præ cæteris favorabili, desperandum non sit, ad meliorem Fabulæ intellectum nunc operæ pretium fuerit Personarum ordinatam nominationm, ac tandem Actuum & Scenarum distinctum exhibere Conspectum.

Per-

# PERSONÆ DRAMATIS.

1. AMOENUS.)		(Johannes Philippus Meuer/ Zitt.
2. HILARIS. )	Loco Prologi	(Augustinus Anton, Zitt.
3. WENCESLAUS Rex Junior.	Johannes Christianus Jentsch Zitt.	
4. FIDELIS ejusdem Comes.	Adam Fridericus Herber/ Zitt.	
5. PROVIDENTIA.	Johannes Gottfried Paul/ Zitt.	
6. PIETAS.	Christianus Vogel/ Zitt.	
7. SPES	Johannes Michael Scholze/ Zitt.	
8. CONFIDENTIA.	Christianus Philippus Just/ Zitt.	
9. ZITTANUS celebratus Nissi accolâ.	Carolus Philippus Stoll/ Zitt.	
10. COLONUS ejusdem Comes	Johannes Caspar Rethel/ Zitt.	
11. LUSATUS Zittani Vicinus.	Carolus Christianus Just/ Zitt.	
12. NOBILIS. )	Anionius Ernestus Knabe/ Zitt.	
13. CLERUS. )	Joh. Gottfr. Schönfelder/ Z.	
14. OPPIDANUS.)	Johann Christian Niesner/ Z.	
15. PAX	Christianus Möller/ Zitt.	
16. OPULENTIA.)	Henricus Gottlob Kühne/ Z.	
17. JUSTITIA )	Johann Friedrich Meuer/ Z.	
18. MERCURIE. )	Johann. Georg. Friedrich/ L.	
19. HELICONIE.)	Matthäus Horn/ Zitt.	
20. ALASTOR.	Johannes Felker, Zakelensis Hungarus.	
21. DISCORDIA.)	Carolus Jacobus Ritter/ Zitt.	
22. LIBIDO. )	Joh. Jacobus Wenziger/ Zitt.	
23. PRODITOR.	Gottfried Eremier/ Zitt.	
24. SIMPLICITAS.	Johannes Christianus Eichler/ Dresdenis.	
25. OBSCURITAS.	Gottlob Christianus Scultetus, Schönav. Lusat.	
26. TIMIDITAS.	Christoph. Reike/ Zitt.	
27. FAUNUS.	Christianus Theophilus Michael, Zitt,	
28. SYLVANUS.	Gottfried Vogel/ Zitt.	
28. MONTANA.)	Christianus Augustin, Zitt.	
30. RIVINA ) Nymphæ	Augustinus Klein/ Zitt.	
31. CURCULIO ridiculous Wenceslai Comes.	Chr. Gottfr. Rättinge/ Rosvlein. Misn.	
32. FULLO. Pannifex	Henricus Nickisch/ Zitt.	
33. SILENTIUM. acerba ejus Uxor	Johannes Michael Schumann/ VV eissenfelsensis.	
34. FAMA	Joh. Georg. Rörner/ Schmidberg. Sil.	
35. CHORUS.		



## ARGUMENTVM

Introitus loco decantatur Ode, eam ob causam huc transcripta,  
ne Audientes fallat carentium strepitus.

Zitta potentibus excita Regibus  
basmet arenas,  
Ceu nova gemmula, vel pia Stellula  
fecit amoenas.  
Sylva ferocibus undiq; montibus  
horrida cessit,  
Atq; beator inde vel auctior  
oscula pressit.  
Induit incola devia flumina  
perpete cultu,  
Nympha nec angitur vel male tangitur  
Ulla tumultu.  
Nempe Bohemia dum sua præmia  
fundere sivevit,  
Inde virentibus atria Civibus  
ista replevit.  
Nec minus Austria splendida Nominis  
tum geminavit,  
Donec amantia Nißidos agmina  
Cæsar amavit.  
Nunc Pius omne, Lumine, Nomine  
Saxo gubernat,  
Auræ divite qui sua stamine  
Secula cernat!  
Is bona suavibus inferet austibus  
in ditionem,  
Dum colet impete pectoris indole  
Relligionem.  
O bene centies! O bene millies!  
Ergo Senatum  
Reddet amabilis undiq; Principis  
Aura beatum.  
Sic quoq; Nobilis annua Consulis  
Acta vigescunt,  
Ac uelut aurea Zittaviensia  
Tempora crescent.

Pro-

Prologi vices sustinent Amoenus & Hilaris, viridem hanc & quasi  
Pastoralem Scenam Honoratissimis Spectatoribus commendantes.

## ACTVS. I.

- SCEN. 1. *Alastor indignatur florere Bohemiam.*  
SCEN. 2. *Discordia & Libido cum ipso consilium capiunt miscendorum venenorum.*  
SCEN. 3. *Venceslao Pomum & pulvis efficitur, quorum venenis pereat,*  
SCEN. 4. *Providentia & Pietas VVenceslaum ab usu Pomi & putrefie avocant.*  
SCEN. 5. *Curculio intempestivis jocis VVenceslaum aggreditur.*  
SCEN. 6. *Providentia & Pietas fugam syadent Regi.*  
SCEN. 7. *Curculio indignatur se præmitti ad explorandum diversorum.*  
SCEN. 8. *Curculio canens laudat Oppidorum felicitatem, male exceptus à Fauno & Sylvano, qui difficulter extorquent Palinodiam.*  
SCEN. 9. *VVenceslaus & Fidelis Sylvano à Providentia & Pietate commendantur.*  
SCEN. 10. *Zittanus à Colono intelligit suam sedem destinari, in qua occultetur*  
SCEN. II. *Chorus sequentem Ariam decinit. (Rex.)*

I.

**S**ic Reges concutit furans necessitas,  
Ac vilis Patriæ videtur charitas,  
Cum fervor hostium tot vibrat spicula,  
Quot pingue prandium propinat fercula.

2.

**O** quanto mollius fortuna civium,  
Obscurum pectoris permulet gaudium,  
Quos non veneni fraus, non sica territant,  
Dum corda Principum timendo palpitant.

3.

**N**am quo sublimius fulget palatum,  
Tanto propinquior vis est tonitruum,  
Et quos felicitas facit spectabiles,  
Hos reddit invidi fax lacrymabiles.

4.

**Q**uis credat Aulicis, imo quis Matribus,  
Si Rex, si filius tot pallit artibus!  
**Q**uis blandam jugiter promittat patriam,  
Si Wenceslaus haud meretur gratiam.

5.

**S**ed quorsum plangimus? Dei vicarios  
Majestas Numinis non reddet anxios:  
Nutat Palatum, non semper corruit,  
Canis nec allatrans Lunam mox destruit.

44

## 5.

Auctores ultimo vindicta deprimit,  
Deusq; prælum juvando dirimit  
Felix qui tutus est benigno numine,  
Is nunquam concidit sub bruto fulmine.

## ACTVS. II.

- SCEN. 1. Zittanus à Colono fere persus, ut reciperet Regem, subito mutatur, cum diversa consilia afferunt Simplicitas & obscuritas.  
 SCEN. 2. Providentia & Pietas refutandis argumentis defunguntur.  
 SCEN. 3. Timiditas Curculioni proponit periculum, quod à Rege nequeat evitari, si habitationem figeret adeo vicinam Bohemiae.  
 SCEN. 4. VVenceslaus & Fidelis sibi gratulantur de officio Zittani: terrem tamen incutit Curculio.  
 SCEN. 5. Zittanus accedens audit constitutum esse proficiisci in Marchiam ad Ottonem Tutorem.  
 SCEN. 6. Fullo repudiaturus Regem hospitem, miserè excipitur ab Uxore.  
 SCEN. 7. Zittanus iisdem narrans, quam subito discessum paraverit Rex, Uxorū querelas auget.  
 SCEN. 8. Spes & Confidentialia VVenceslaum reducunt, Timiditatem pugnis violentis repellunt.  
 SCEN. 9. Rex Zittano iterum concreditur.  
 SCEN. 10. Silentium cum Curculione agit de ciborum deliciis. Fulloni displaceat tanta Familiaritas.

## ACTVS. III.

- SCEN. 1. Faunus & Sylvanus Montanam ac Rivinam Nymphas provocant ad cantus, quo convocatis reliquis sequentia concinunt.

I. Exurge Nymphularum Cœtus,  
Quā Zitta Sylvas respicit:  
Nam Te fortuna & splendor latus  
At faustos plausus allicit.  
Absolvite Jubila, fata favebunt,  
Dum Nissus & inclita Manda vigebunt.

II. Cantate, sed nescite Causam:  
Latebit hac felicitas,  
Dum post amicam sortis pausant  
Erumpat ipsa Svavitas.  
Extollite cantica, plaudite fatis,  
Ut Lusibus assonet aura beatiss.

III. Spectate mellis dulce flumen  
Quod alluit Lusatiam;  
Spectate vernum Cœli Lumen  
Quot Brumam frangit patriam.  
Sic fructus ad ardua Culmina scandit,  
Dum Nissus amantia brachia pandit.

Scen. 2.



- SCEN. 2. Alastor, Libido, & Discordia mirantur quæ causa sit lœtitiae: frustra tamen inquirunt apud Faunum & Sylvanum.
- SCEN. 3. Proditor arcanum aperit, delitescere VVenceslaum in hac viciniâ. Inde Alastor Libido & Discordia de mutandis vestibus cogitant, quibus circumveniatur Rex.
- SCEN. 4. Curculio & Silentium rixantur de tibis, Zittanus frustra suum interponit judicium.
- SCEN. 5. Alastor Discordia Libido, postquam assumerunt nomina Benigni, Integritatis & Amicitiae primo decipiunt Curculionem.
- SCEN. 6. Colonus & Confidentialia colloquuntur de his fraudibus, quibus detegendis sese arma verint Providentia & Pietas.
- SCEN. 7. Providentia & Pietas larvatos hostes in fugam conjiciunt.

## ACTVS. IV.

- SCEN. 1. Dum VVenceslaus secum serio constituit concedere in Marchiam, Zittanus, Colonus, Faunus, Sylvanus, Montana, Rivina, Fullo & Silentium varias gratulationes effundunt.
- SCEN. 2. Accedit valedicturus VVenceslaus comitibus Providentia, & Pietate quibus se jungit Curculio.
- SCEN. 3. Lusatus, Nobilis, Clerus. Oppidanus Regem veneraturi prodeunt. quibus postquam & VVenceslaus omnem pollicitus est gratiam, is à Pietate abducitur.
- SCEN. 4. Lusatus audit Zittanum aliquando suis ditionibus conjunctum iri.
- SCEN. 5. Pax, Opulentia, Justitia, Mercurie & Heliconie Zittano majorem adhuc prædicunt felicitatem, suisq; eum sive Symbolis sive munericibus prosequuntur.
- SCEN. 6. Pax mentionem facit mutationum, quas Zittanus aliquando sub Austriacis, postea sub Saxonice Dominis esset habitaturus. Zittanus a præagiis pristinorum Seelorum tendit ad tempora præsentia, Domuiq; Saxonice omnem prosperitatem precatur.
- SCEN. 7. Pax ad Senatum progreditur, ac Zittano quasi per vaticinium præcipuos enumerat Consules; & eos quidem qui nunc rebus mortalibus erepti sunt. Zittanus audita mentione Senioris GIRISII, quem beata mors ante hos 16. annos avocavit, ad præsentem Dn. Consulem convertens oculos, eidem testatur observantiam.
- SCEN. 8. Providentia confirmat preces, nominatisq; sigillatim Proceribus, Famam provocat, quæ Scholasticum hoc gaudium undiq; notum faciat. Dum igitur hæc ad clamandum se accingit, singuli flexis genibus mixto Tubarum ac tympanorum strepitu, cantionem absolvunt, ea melodia, qua in templis Jesum Christum Pacis Principem invocamus

I.

O Jesu Pacis Arbitr,  
Tu servas Patriam,  
Ut Pacis alma svaviter  
Gusterius gratiam,  
Nec bellicis injuriis  
Quies amena cedat.

2.

Per Te Domus Saxonica  
Vigorem sustinet,

Dum

Fkye 5229

Dum Bellaper Teutonica  
Sat cladis imminet:  
Ut floreant & gaudent,  
Qui Christi grex vocantur.

3.  
Vivat JOHANN. GEORGIUS,  
Dum vivet ista Pax,  
Et extingvatur ocyus,  
Martis sclesta fax:  
Sic Misniam, Lusatiam,  
Sic cuncta Lux coronet.

4.  
Sic optimam Zittaviam  
Salus non deserat,  
Nec Demon bis ferociam  
Plateis inferat,  
Si Christus Dux & vita lux  
Patres clementer ornent.

5.  
Ergo sub tanti Praefulis  
Latemur tegmine,  
Noviq; fata Consulis  
Notemus omne:  
Qui profuit, qui floruit  
Florens & porro profit.

6.  
Amet benignus Curiam,  
Templis affulgeat,  
Pubemq; literariam  
Amanter mulceat,  
Ut sapius felicius  
Ad Consulatum scandat.

Hac igitur brevitate conabuntur placere, qui, vel per etatem, polioribus adhiberi nondum possunt. Faxit saltem Deus ut servati in optimo flore Parentes, eosdem aliquando adultos & in hujus Auditorii Cathedra, & in ipsis Reip. functionibus conspiciant. Quam certe Spem, quia praefens Actus omnino confirmare vel suscitare poterit, non est cur ego de splendidissimo Auditorum Spectatorumq; numero desperem.

P. P. d. 20. Aug. M DC LXXIX.



J.K. 31, 39.

X 2044 168

168  
Yel  
5229

Q. D. B. V.

AD

LUDOS PUERILES

b. c.

AD ACTUM SC

DE

WENCE

JUNIOR

A ZITTAVIE

OLIM

EDUCAT

QUEM

IN HONOREM AC VEN

NOVICON

AD. D. XXII. AUG.

HORIS POMERID

IN MAJORI AU

EXHIBEBUN

MELIORVM PARE

DECENTER INV

CHRISTIAN

GYMN. R



ZITTAVIA,

TYPIS MICHAELIS HARTMANNI.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

